

Sermo

xxvii.

uatiōnis auxiliū. In relinquenda iniquitate consiliū. In agenda penitentiā vehiculū. Beati ergo qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Quod nobis p̄are dignetur. ̄.

Feria tertiā p̄ dominicā secūdam quadragesime.

Locutus est iesus ad turbas et ad discipulos suos dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei et Matthe. xliij. Qui vult suare quadragesimā in deuotione et sanctitate cum ad acquirendā et conseruandam sanctitatem sit instituta debet duo facere scz frequenter audire verbum dei et auditū conseruare in corde. Et conseruatum opere implere. et ideo frequenter predicatur in quadragesima q̄ in alio tempore. Et viuere in humilitate penitentie q̄ humilitas sit in corde in ore et in exteriori conuersatione. et ad ista duo nos hortatur presens euangelium. De primo agit in principio vsqz ad medium et de scdo a medio vsqz in finem. **A**deo amicus ergo historiam euangelij dicit beatus Mattheus. q̄ dominus noster dixit discipulis suis et populo magno coram ipso stante expectanti verbum audire ex ore eius. Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. Per cathedram moysi intelligit doctrina legi moysi. Inde hoc est dicere vos habetis scribas. i. doctores legis. i. phariseos q̄ erant primū in lege et simulate pretendebant exterius multā religionem. et isti associati sunt scribis. i. doctoribus qui publice docebant et exponebant legem populo. faciebāt multas ordinationes graues. et se supra omnē ordinationem legis et q̄. omni die sabbati qui erat dies festus apud eos legem moysi et istas suas ordinationes legebant et exponebant populo in templo. i. in ecclesia. Istos dicit dominus audite. i. quotiens predicant quātuncūqz frequenter semper ad predicationes eorum currite. Audite enim libenter et frequenter predicationes. est in bonis signum diuine dilectionis. peccatoribus autē est motiuū et causa sue conuersionis. Et dixit dominus omnia que dixerint vobis scz pertinentia ad doctrinam legis. seruate scz in corde hoc est memoriē cōmendate. Verbum enim dei in corde retentū et obseruatum. quatuor bona operat. Primum est quia ignem diuini amoris in corde nutrit et accendit. verbum dei ignis est Luc. Nonne cor n̄m ardens erat in nobis. ̄. Secundum quia peccatorum graue vitare facit. ps In corde meo abscondi eloquia tua vt nō peccet tibi Tertium ē qz cordis deuotionē et dulcedinē erga deum inuocit. **C**an. Aia mea liquēta ē. i. deuotionē resoluta vt dilecti locut